reantur, quibus Deo auspice sublatis paratisq; suis animis liberiores et majores cum alacritate Deo Opt. maximo agimus gratias atq; obsequia debita Sereniss. parentis M. V. Principe modo desideratissimo, una cum illa tandem persolvemus, supplicamus aut Mti V. ut hac in re consiliorum eo, strorum rationem habere dignetur, ne si aliorum autoritas plus valeat, quam preces nostrae, infelicitatem plane nostram deplorare cogamur, videndo nos, non solum a Senatoribus illis contemni, sed etiam apud Mtem vestram deterioris habere conditionis. Caetera quae S. R. M. V. scribit de invitandis Caesarea et Romanorum Regis, Ducibus et atq; Principibus vicinis pro funeris dignitate, de mittendo item pro salvo conductu ad Imperatorem Turcarum, ut securitati eo, ratoris M. V. prospiciatur magnopere probamus, eiusq; prudenti consilio acquiescimus, cuius clementiae nos quoq; summo studio commendamus, eamq; felicem et florentissimam quam diutissime vivere optamus.

Pacta Regis Sigismundi Augusti cum Lithonibus M.D.LVIIII.

In nomine Domini Amen